



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

48. de Vsu & amplificatione Caussarum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

**Ecl. 7. v.** In questione, quam de finibus bonorum & malorum philosophorum disputatio ventilauit, ducentas octoginta, & octo lectas esse Marcus Varro Romanorum omnium doctissimus animaduertit: Quæ tamen omnes à vero aberrarunt, ipsa deinde media, quæ respectu vijnis, ac solius finis permulta sunt, in infinitum crescere oportuit. Ex quo sexcentis erroribus, & vijnis oppletum fuit humanum genus. Nec mirum, si diuina habent oracula. **Hoc inneni, quod feceris Deus h-**

**30.** **minem ratiū, & ipse se infinitu miseris qua-**  
**tionibus** Vt in hoc, ita in multis, vel minimis quotidie peccatur ab imprudentibus, quos fit, ut magnum sit ad stabilendam cauſam adiumentum, deliciatum finem agnouisse. Videas aliquos ad dicendum aggredi, antequam quid velint, aut spectent, aut à quibus, aut quomodo destinant. Vnde & verba quasi globulos ex argilla mittunt in pectora, quæ statim franguntur antequam eō, quod missa sunt, perueniant. Contra alios, qui & finem syncerum omnino spectant, & ipsum qualis sit egregie norunt, faces, & sagittas ignitas in animos spargere. Tanti est in eo esse prudentem. Est autem finis, ut recte animaduertit Aristoteles, id cuius gratia fit aliiquid, idque non extreum, sed optimum, & recte D. Augustinus finem perfectionem esse ait, non consumptionem. Vbi recte assignatus est finis, quod in deliberationibus maxime facto opus est, ad eum tanquam ad centrum omnia argumenta referri solent, quæ media esse oportet ad finem destinatum consequendum. Hunc sibi finem aliquis proposuit, diuitem fieri oportet, **Bene moritur, qui dum moritur, lucrum facit.** Continuò avaritia suggerit argumenta ad finem accommodata.

**Perf. sat. 6.** **Vnde animam lucro, mercare, atque excute**  
**75. solers,**

**Omne latus mundi : ne sit prestantior al-**  
**ter,**

**Cappadocas rigida pinguis plausisse cata-**  
**sta,**

**Rem duplica. Fecit: iam triplex, iam mihi**  
**quarto**

**Iam decies redit in rugam. Depunge, ubi si-**  
**bam.**

**Inuentus, Chrysippe, tui finitor acerui.**

At si quis amat bonam mentem, & cœlum itineris sui terminum statuit, inclamat

**Spiritu.**

— nostrum es

**Quod viuus : cinu, & manes, & fabulaſ-**  
**es,**  
**Vive memor lethi fugit hora, hoc quod loquit**  
**inde est.**

De vſu & amplificatione cauſarum.

CAPVT XLVIII.

**E**x iis apparet huius loci vsum frequen-  
tissimum esse, eundemque utilissimum. Materia ad corporearum rerum, sive natura-  
lium, sive manufactarum commendationem,  
vel virtutem valet. Qualis est enim mate-  
ria, tale plerumque est opus, sic Cicer. 3. de  
natura Deorum, omne corpus mortale esse **Cic. 3. de**  
probat, quia constat ex elementis. Omne **natura**  
**corpus, inquit, aut aqua, aut ignis, aut aer, aut**  
**Deorum.** terra est, aut id quod concretum ex his, aut  
aliqua ex parte eorum, horum autem nihil  
est, quod non intereat. Efficiens eruditam ha-  
ber cognitionem, & vbi multa simul congru-  
unt, per amplam dicendi materiam suppeditant.  
Tum in excoitando ingenium, in diri-  
gendo iudicium, in explicando flumen orati-  
onis expromunt. Forma interior ad Philosophos  
pertinet, species, & figura exterior ad  
hypotyposon vsum non mediocriter fa-  
cit. Iam vero finis, in deliberatiuis orationibus,  
omnino necessarius est, & ad ordiendam  
orationis telam aptissimus. Ex cauſarum  
qualitate, effectorum fermè rationem,  
conditionemque inferimus, non leibus ar-  
gumentis, si modo cauſa ipse recte assig-  
natæ fuerint. Alioquin non deērit confitandi  
locus, si materia, si forma, si efficiens, aut finis,  
præter rem, aut etiam contra rem ab aduer-  
ſario constiturus, offendetur peccasse in prin-  
cipijs, cauſas, aut fallas pro veris, aut obſcu-  
ras pro certis, aut pro germanis remotas at-  
tulisse: Aliæ proferentur, quæ cum ratione,  
& communi hominum sensu, & effectis con-  
sentiant. Sic qui Solem noctis cauſam dixer-  
it, quod eius absentia terris nox irreat, con-  
vincetur falsam cauſam attulisse, non enim  
Sol cauſa tenebrarum est, licet ex eius absen-  
tia nox necessario consequatur. Verum cum  
ansam ceteræ cauſas refutationis præbe-  
ant, maximè tamen efficiens, quæ ut pluri-  
mum in mulros ramos diffundi solet, & ac-  
commodatæ per amplificationem tractari.

A 2

Exem-

**E**xemplum istius confutationis habes in Arnobio contra Etrnicos, qui Christianos orbiterarum omnium malorum fontem extitisse dicebant, hoc ille primum irratione traducit.

**A**rnob. L. I.  
adversus gen.  
186.

Nunquid (inquit) postquam Christiani esse cōperunt, in contrarias qualitates, prima illa clementia militata sunt, ex quibus res omnes consenitum est esse concretas? Nunquid machinae huius, & molis, qua viuērī regimur, & continetur inclusi, parte est in aliqua relaxata, aut dissoluta constructio? Nunquid vertigo hæc mundi primigenij motus moderanam excedens, aut tardius repere, aut præcipiti coepit volubilitate raptari? Nunquid ab occiduis partibus attollere se altra, atque in ortu signorum fieri cōpta est inclinatio? Nunquid ipse siderum Sol princeps, cuius omnia luce vestiuntur, atque animantur calore, exarsit, intepuit, atque in contrarios habitus moderanis soliti temperamenta corruptit? Nunquid Luna deſiit redintegrare ſe ipſam, atque in veteres formas nouellarum ſemper reſtitutione traducere (ita ludit per interpretationem) mox ea, qua imputantur Christianis, ante Christianos contigisse concinit? Casus, inquit, frequentissimi grandis accidentū, in literis priſcis non videmus imbreſ ſæcoſ totas ſæpe communuisse reģiones, difficiles pluviæ ſara faciunt emori, & sterilitatem indicunt terris. Immunis enim antiquitas malis ab his fuit, cum etiam lumina cognouerimus ingentia limis inhuiusſ ſecatis? Pestilentiæ contagia vrum genū humānum. Annalium ſcripta perecurrit, vntuerſas diceret gentes ſepenumero defolatas, & viduatas ſuis eſt cultoribus. (Deinde) quando eſt humānum genus aquarium diluuijs interemptum, non ante nos? Quando mundus incensus in fauillas, & cineres diſſolutorū eſt, non ante nos? Quando vibes amplissimæ marinis cooptae ſunt fluctibus, non ante nos? & cetera, quæ ille vastè proſequitur. Mox conſutatis iſis, quæ afferebantur cauſis, alias ſubiecti. Quid si enim prima materies, quæ in rerum quatuor elementa digerita eſt, miferiarum omnium cauſas ſuis continent irritationibus innoluntas? Quid si hydromotus eertis ſignis, partibus, temporibus, lincis, pariunt hæc mala, & ſubiectis afferunt variorum discriminum necessitates? Quid si statim temporibus rerum vicisſitudines ſunt, atque ut in maritimijs aſtibus, m-

dò ſecundæ res affluunt, modò rurſus refluent malis reciprocantibus proſpera? Quid ſi materiæ fax iſta, quam ſub noſtris calcamus ingressibus, hanc habet ſibi legem datam, ut expiret noſcentiſſimos halitus, quibus corruptus aer iſte, & corporibus labem ferat, & negotia infirmiter humana? Quid ſi, quod proximum vero eſt, qui eſt vobis videtur aduentum mundo non eſt malum? Sic poterit hic locus diſerte amplificari.

### Effecta.

#### CAPVT XLIX.

**E**x ijs, quæ de cauſis hactenus dicta ſunt, facile eſt effectorum rationem cognoscere, quando effecta ſunt orta de cauſis, & habent perpetuum inter ſe commercium. *Vide Cuius Topic ſeu* 67. Quod ſit ut cauſæ in quatuor diſtincta ſpecieſ, tot effectorum creent genera: Eſt enim ſuſ euique effectus, quæ ſobole addicta, ex quo virium ſuarum capit argumentum. Homo corporeus eſt, videtur, tangitur, palpatur, hoc habet a materia: ratio ematur, intelligit, ſapit, & id nactus eſt a forma: Tres facultates, in una anima præcellentē obtinet, intellectum, voluntatem, & memoriam. Cauſæ efficiētis, hoc eſt, Dei vniuersi in tribus personis character eſt eximius, & maximus. Ad æternum bonum ſe, ſua que dirigit, adhoc finis proprius impellit. Ita euæque cauſa diſtinctos fortitutis effectus. Eſt autem huius loci vius ampliſſimus, idemque ſecondiſſimus. Si genus demonstratiuum ſpecies, ſepiuſ hoſ pertinet in loco: quid enim illa rerum gestarum commemoratio aliud continet, quam effecta? Si iudicialis generis habeatur ratio, hoc loco fulcitur, cum præſertim tam frequens facti, & infecti queſtioneſ agirentur. In deliberaſtio quoq; genere multa neceſſariò effecta, ſepiuſ expromenda ſunt, ſed hæc *litteræ*. Nunc ſi accuratius conſideretur, ad tria potiſſimum utiliſſimum inueniatur. Primum eſt, quod res eas, quas ſua natura texit, & quæ tenebrarum latbris vallavit, effectorum beneficio, quæ ſi per ſobolem parentes, agnoscamus. Si non plena, ſaltē rudi cognitione. Sic Deus O. M. ex effectis agnoſtetur, ut argumentatur Minutius. *At enim, quem colimus Deum, nec ostendimus, nec vide Minutius tuus.* In dō ex hoc Deum credimus, quod ſum Feliziter ſentire poffimus, videre non p. ſum. In ope- Orauſe- ribus